1071

+

Idem Eundem Quietat

Comparens personaliter Coram officio et Actis prae: sentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Gabriel Chlopicki sanus mente et corpore existens a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusq Suis quibuuis propriis et Competentibus recedendo praesenti Vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac

1078 bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atq Subijciendo palam libere, publice ac pevemptorie recognouit. Quia ipse Magnificum Constantinum in Magna Szczawin Szczawinski Castella: num Crusuicensem de Contractu certo inter eundem Magnificum Castellanum Crusuicensem ab Vna et se Recognoscentem parte ab altera, ratione obligationis bonorum Posada Nowomieyska, tum et aliarum certa: rum earundem Conditionum, in eodem Contractu ex: pressarum, de actu et data illius in bonis Villa Wielki mlyn, die Decima quinta Mensis Januarij Anno praesenti Confecto, conscripto, manibus contrahentium Subscripto Actisq Castrensibus Posnaniensibus pro Interesse eius: dem Magnifici Castellani Crusuicensis cum interpositio: ne Vady Summa Octingentorum Florenorum Polonicalium ad tenendum firmato et roborato eiusdem Inscriptione

Roborata

Roboratoria Castrensi Petricoviensi, ob sufficientem et plenariam sibi Recognoscenti a præfato Magnifico Castellano Chrusvicensi præstitam satisfactionem quietat, emittit, dimittit, liberumq́ et absolutum perpetuo pronuntiat, Contractum eundem cum eius Inscriptione Roboratoria in toto et per omnia cassat, mortificat et annihilat præsentibus sibi suisq́ posteris ratione præmissorum perpetuum imponendo silentium.

Rusiecki Gorayskiego Quietat

1079

Comparentes personaliter Coram officio Actisq́ præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus Generosi Stanislaus Rusiecki et Marianna Modzielowska Coniuges legitimi sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq́ quibusuis propriis et competentibus recedendo, præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Iurisdictioni quo ad actum præsentem attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq́ subijciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse